T. Calpurnii Siculi
Ecloga IV,

quam,

Suethice redditam,

Venia Ampliss. Facult. Philos. Lund.,

Præside

ANDREA O. LINDFORS,

S. S. Theol. et Philos. Doct., Eloqu. et Poës. Prof. R. et O., Past. et Præpos. Ecclesiar. Bjeresjö et Oxie, R. Acad. L. L. H. H. Hist. et Antiquit., Reg. Societ. pro edend. Actis Hist. Scand., Reg. Soc. pro Patria, Reg. Soc. Bibl. Holm., Reg. Soc. Archæol. Hafn. Membro.

Pro Laurea

publice examinandam exhibet

Interpres

JOH. GUST. EK,

Smolandus.

In Acad. Carol. die XVI Junii MDCCCXXXII.

Londini Gothorum MDCCCXXXII.
Typis BERLINGIANIS.

Konungens

Troman, Hofmarskalken

Välborne

Herr FREDRIC von ROSEN.

Kring gamla Rom är natt. Dess Pantheon skiner
— Ett herrligt minne af en tid som var —
Ett stilla månsken på en verlds ruiner:
Och Romarandan står al-fresco qvar
I hvalfven än — till trots af Barberiner
Och af Barbarer — från de flydda dar;
Och på kupôlen blott man kan den inskrift finna:
Gudinnan Roma föll och blef slafvinna.

Men anden är dock fri. Med lösta vingar
Den Phoenix flyger öfver land och haf.
Till fjerran trakter han en helsning bringar
Från Posilippo och Virgilii graf.
Från Ætnas fot än herdeflöjten klingar,
Den fordom Maro åt Calpurnius gaf:
Här ljuder den mer matt än der orangen glöder,
Men vare dock ett återljud från Söder.

Vördnadsfullt
JOHAN GUSTAF EK.

Meliboeus, Corydon, Amyntas.

M. Quid tacitus, Corydon, vultuque subinde minaci,
Quidve sub hac platano, quam garrulus adstrepit humor,
Infesta statione, sedes? iuvat humida forsan
Ripa? levatque diem vicini spiritus amnis?
C. Carmina iam dudum, non quæ nemorale resultent,
Volvimus, o Meliboee; sed hæc, quibus aurea possint
Sæcula cantari, quibus et deus ipse canatur,
Qui populos urbemque regit pacemque togatam.
M. Dulce quidem resonas, nec te diversus Apollo
Despicit, o iuvenis, sed magnæ numina Romæ
Non ita cantari debent, ut ovile Menalcæ.
C. Quidquid id est, silvestre licet videatur acutis
Auribus, et nostro tantum memorabile pago:
Dum mea rusticitas, si non valet arte polita
Carminis, at certe valeat pietate probari.
Rupe sub hac eadem, quam proxima pinus obumbrat,
Haec eadem nobis frater meditatur Amyntas,
Quem vicina meis natalibus admovet aetas.
M. Iam puerum calamos et odoræ vincula ceræ
Iungere non cohibes, levibus quem sæpe cicutis
Ludere conantem vetuisti fronte paterna?
Dicentem, Corydon, te non semel ista notavi:
"Frange, puer, calamos, et inanes desere Musas;
"I, potius glandes rubicundaque collige corna,
"Duc ad mulctra greges, et lac venale per urbem
"Non tacitus porta. Quid enim tibi fistula reddet
"Quo tutere famem? certe mea carmina nemo
"Præter ab his scopulis ventosa remurmurat echo."

Melibeus, Corydon, Amyntas.

M. Säg hvi sitter du här så tyst med betänkliga blickar?
Här vid bäcken, som språkar alltjemt med platanen på stranden,
Sitter och lutar du tyst? Är det stranden som fängslar ditt sinne?
Eller förhöjer en svalkande fläkt från vattnet din lifslust?
C. Hör mig. Jag just mediterar en sång, som skall låna af skogen
Hvarken halt eller ton; — men en sång om gyllene tider
Samt om den Gud, hvars spira gett lugn åt staden och folket.
M. Väl är din stämma ljuf: och Apollo fästar sitt öga,
Yngling, på dig; men Gudarne, som beherrska det stora
Roma, böra ej så besjungas som herden i kojan.
C. Vare det huru som helst med min sång: må de finare öron
Finna den landtlig och värd blott att höras i landtliga kretsen,
Blott min enfald (om än ej konstlösheten i sången
Gäller) må gälla ännu som tolk af känsla och sanning.
Vet vid klippan som står i skuggan af furen der borta
Sitter Amyntas och tänker med mig tillika på sången,
Brodren Amyntas hvars årsdag och min gå nära hvarandra.
M. Såleds hindrar du honom ej mer att foga tillsamman
Rör förbundna med vax, då du förr med faderligt allvar
Strängt förbjöd hans första försök på pipor af odört.
Corydon, ofta hörde jag på, när detta du sade:
Gosse, bräck dina rör och försaka den vanskliga tonkonst;
Plocka dig hellre kastanjer till spis och de röda korneller.
Hjordarne drif till stäfvan och bär derefter till staden
Mjölken och ropa den ut. Ty flöjten hvad ger den dig åter
Emot hungern för värn? Af det luftiga ekot från klippan,
Icke från menniskomun skall min sång genskalla i rymden.

C. Haec ego — confiteor — dixi, Meliboee; sed olim:
Non eadem nobis sunt tempora, non deus idem:
Spes magis arridet. Certe ne fraga rubosque
Colligerem, viridique famem solarer hibisco,
Tu facis, et tua nos alit indulgentia farre.
Tu nostras miseratus opes, docilemque iuventam,
Hiberna prohibes ieiunia pellere fago.
Ecce! nihil querulum per te, Meliboee, sonamus;
Per te secura saturi recubamus in umbra,
Et fruimur silvis Amaryllidos, ultima nuper
Littora terrarum, nisi tu, Meliboee, fuisses,
Ultima visuri, trucibusque obnoxia Mauris
Pascua Geryonis, liquidis ubi cursibus ingens
Dicitur occiduas impellere Baetis arenas.
Scilicet extremo nunc vilis in orbe iacerem,
Ah dolor! et pecudes inter conductus Iberas
Irrita septena modularer sibila canna:
Nec quisquam nostras inter dumeta Camoenas
Respiceret: non ipse daret mihi forsitan aurem,
Ipse deus, vacuam, longeque sonantia vota
Scilicet extremo non exaudiret in orbe. —
Sed, nisi forte tuas melior sonus avocat aures,
Et nostris aliena magis tibi carmina rident,
Vis, hodierna tua subigatur pagina lima?
Nam tibi non solum venturos noscere nimbos
Agricolis, qualemque ferat sol aureus ortum,
Adtribuere dei; sed dulcia carmina sæpe
Concinis, et modo te Baccheïs Musa corymbis
Munerat, et lauro modo pulcher obumbrat Apollo.
Quod si tu faveas trepido mihi, forsitan illos
Experiar calamos, here quos mihi doctus Iollas
Donavit, dixitque: "Truces hæc fistula tauros
Conciliat, nostroque sonat dulcissima Fauno.
Tityrus hanc habuit, cecinit qui primus in istis
Montibus Hyblaea modulabile carmen avena".
M. Magna petis, Corydon, si Tityrus esse laboras.
Ille fuit vates sacer, et qui posset avena

C. Detta jag tillstår det, Melibeus, jag sade — men fordom.
Tiderna ändrats sen dess och vår Gud är äfven en annan.
Hoppet gladare ler. Att jag ej blef nödgad att plocka
Smultron och åkerbär, att med örter lindra min hunger;
Allt är ditt verk, din ynnest mig gaf en sundare näring.
Öfver min lott du ömkade dig och öfver min ålder,
Gaf mig annat till vinterförråd än frukten af boken.
Du har gjort, att ej mer jag klagovisor nu sjunger;
Utan behof jag hvilar nu trygg i den svalkande skuggan
Af Amaryllis lund; jag som nyss var nära att skåda
Jordens yttersta gräns, om du, Melibeus, ej varit.
Nära att skåda Geryons fält, der man möter de vilda
Maurer, och Bætis hvälfver sig mot de vestliga stränder.
Såleds låge jag nu föraktad vid gränsen af verlden,
Rysliga tanke! och pressade fram bland Iberiens hjordar
Ännu ur sjurörspipan en sång, som förklunge i rymden.
Ingen gåfve då akt på min skygga och ensliga sångmö,
Guden kanhända icke en gång då hade ett öra
Ledigt för sången och för från fjerran kommande böner,
Hörde kanhända mig ej, der jag stod vid verldarnes gränssten.
Men — om händelsevis ej bättre toner förströ dig,
Om ej en fremmande sång dig bättre behagar än denna, —
Ville du granska med spejareblick hvad jag diktat för dagen?
Icke blott det, att säga förut, när stormen skall komma,
Ej blott att känna den gyllene sol, hur den blir i sin uppgång,
Guddomen gaf dig till del. Men ofta i herrliga sånger
Stämmer du in, och med murgrön än bekransar dig sångmön,
Älsklige Cynthiern än med lagern beskuggar din hjessa.
Lifvar du endast mitt mod, kanhända försöker jag äfven
Flöjten, hvilken i går mig gaf den lärde Jolas.
Gaf och sade dervid: "En flöjt, som de ströfvande hjordar
Samlar i hast; den ljuder ock bäst af alla i nejden.
Tityrus egde den förr: han som först på Hybleiska pipan
Sjöng en harmonisk sång och dess gensvar lärde åt bergen".
M. Storbegärsen du är, om du sträfvar i Tityri fotspår:
Han var Gudarne kär och en skald, som kunde med pipan

Præsonuisse chelyn, blandæ cui sæpe canenti
Adlusere feræ, cui substitit advena quercus,
Quem modo cantantem rutilo spargebat acantho
Naïs, et implicitos comebat pectine crines.
C. Est — fateor, Meliboee, — deus: sed nec mihi Phœbus
Forsitan abnuerit; tu tantum commodus audi:
Scimus enim, quam te non adspernetur Apollo.
M. Incipe; nam faveo; sed prospice, ne tibi forte
Tinnula tam fragili respiret fistula buxo,
Quam resonare solet, si quando laudat Alexin.
Hos potius calamos, magis hos sectare canales,
Per me qui dignas cecinerunt consule silvas.
Incipe; ne dubita. Venit en! et frater Amyntas:
Cantibus iste tuis alterno succinat ore.
Ducite — ne mora sit — vicibusque reducite carmen:
Tuque prior, Corydon, tu proximus ibis, Amynta.
C. Ab Iove principium, si quis canit æthera, sumat,
Si quis Atlantiaci molitur pondus Olympi:
At mihi, qui nostras præsenti numine terras
Perpetuamque regit iuvenili robore pacem,
Lætus et augusto felix adrideat ore.
A. Me quoque facundo comitatus Apolline Cæsar
Respiciat, montes neu dedignetur adire,
Quos et Phœbus amat, quos Iuppiter ipse tuetur:
In quibus augustos visuraque sæpe triumphos
Laurus fructificat, vicinaque nascitur arbos.
C. Ipse polos etiam qui temperat igne geluque,
Iuppiter ille parens, cui tu iam proximus ipse,
Cæsar, abes, posito paullisper fulmine sæpe
Cressia rura petit, viridique reclinis in antro
Carmina Dictæis audit Curetica silvis.
A. Adspicis, ut virides, audito Cæsare, silvæ
Conticeant? memini, quamvis urgente procella,
Sic nemus immotis subito requiescere ramis,
Et dixi: "Deus hinc, certe Deus expulit Euros"
Nec mora; Pharsales solverunt sibila cannæ.
C. Adspicis, ut teneros subitus vigor excitet agnos?

Taga ljudet af cittran, en skald, vid hvars toner de vilda
Djuren dansade om och ekarne lyssnande stodo;
Än Najaden belönte hans sång med en krans af Akanther,
Än hon böjde hans hår i sköna naturliga lockar.
C. Han är en Gud, jag nekar det ej; men Phœbus ej heller
Nekade mig sin gunst; har du lägligt så hör mig allena:
Du, jag känner det nog, du är hans förklarade gunstling.
M. Börja, jag hör. Men akta dig väl, att icke din pipa
Gjuter sig ut en gång i ett tomt och svassande klingklang,
Såsom det hände ibland, då denne besjöng sin Alexis.
Välj då hellre hans flöjt och försök hans ädlare tonart,
Den då han skogen besjöng med en sång, som var värdig en konsul.
Börja, förlägen ej var. Se, der din broder Amyntas
Kommer; han skall besvara din sång med vexlande stämma.
Börjen nu sången i hast och sjungen den sedan till skiftes:
Corydon, först är det du och du dernäst sjunge, Amyntas.
C. Jupiter vare det första för den, som vill Ethern besjunga,
Den som vill dikta en sång, om den Atlasburna Olympen.
Jag blott önskar att Han, som med ynglingstyrka och mildhet
Styrer vårt land och tryggar vår fred för kommande tider,
Gåfve en vänlig blick till bevis på sitt bifall åt sångarn.
A. Vände han äfven åt mig sin blick, den Apollos förbundsbror
Cæsar, förskjute han ej en sång om de landtliga höjder:
Phœbus, han älskar dem ju och Jupiter sjelf dem beskyddar:
Lagrar på höjderna stå, som bjuda sin prakt åt triumfen,
Eken derjemte mot himmelens hvalf stolt lyfter sin krona.
C. Sjelf allfader, som värme och köld fördelar kring klotet,
Jupiter sjelf, den, Cæsar, du står så oändeligt nära,
Lägger ju också ibland för en stund sin åska till sides;
Går till de Cressiska fält och hvilar i grönskande grottan
Lyssnande till Cretensernas sång på det skogiga Dicte.
A. Tänk dig, vid Cæsars röst hur de susande skogarne tystna,
Löfven fladdra ej mer. Då jag såg, fast stormen var häftig,
Lunden i ögonblicket stå still med orörliga grenar,
Sade jag: "Säkert en Gud dref östanvindarne hädan."
Sade och se straxt klang der en ton från Pharsaliska flöjten.
C. Ser du de späda lam, hur en plötslig glädje dem lifvar,

Utque superfuso magis ubera lacte graventur?
Et nuper tonsis exundent vellera fœtis?
Hoc ego iam — memini — semel hac in valle notavi,
Et, venisse Palen, pecoris dixisse magistros.
A. Scilicet omnis eum tellus, gens omnis adorat,
Diligiturque deis: quem sic taciturna verentur
Arbuta, cuius iners audito nomine tellus
Incaluit, floremque dedit; cui silva vocato
Densat odore comas, tepefactâ regerminat arbos.
C. Illius ut primum senserunt numina terræ,
Cœpit et uberior, sulcis fallentibus olim,
Luxuriare seges, tandemque legumina plenis
Vix resonant siliquis: nec præfocata malignum
Messis habet lolium, nec inertibus albet avenis.
A. Iam neque damnatos metuit iactare ligones
Fossor, et invento, si fors dedit, utitur auro.
Nec timet, ut nuper, dum iugera versat arator,
Ne sonet offenso contraria vomere massa;
Iamque palam presso magis ac magis instat aratro.
C. Ille dat, ut primas Cereri dare cultor aristas
Possit, et intacto Bromium perfundere vino;
Ut nudus ruptas saliat calcator in uvas;
Ut quoque turba bono plaudat saginata magistro,
Qui facit egregios ad pervia compita ludos.
A. Ille meis pacem dat montibus: ecce! per illum
Seu cantare iuvat, seu ter pede laeta ferire
Carmina, non nullas licet hic cantare choreas,
Et cantus viridante licet mihi condere libro;
Turbida nec calamos exsurdant classica nostros.
C. Numine Cæsareo securior ipse Lycæus
Pan recolit silvas, et amœna Faunus in umbra
Securus recubat, placidoque in fonte lavatur
Naïs, et humanum non calcatura cruorem
Per iuga siccato velox pede currit Oreas.
A. Di, precor, hunc iuvenem, quem vos, — non fallor — ab ipso
Æthere misistis, post longa reducite vitæ
Tempora, vel potius mortale resolvite pensum,

Huru de snart besväras utaf den ymniga mjölken,
Ullen nyligen klippt, hur den hastigt växer ånyo.
Detta jag märkte redan en gång just här uti dalen:
Herdarne sade dervid: "Gudinnan Pales har kommit."
A. Dock var det han; tillbedd som han är af jorden och folken
Gudarnas kärlek han har. Han, för hvilken skogarne tysta,
Vördande stå, hvars älskade namn framkallar ur jordens
Sköte blomstring och lif: hvar lind sig då tätare löfvar,
Sprider en skönare doft; den förtorkade knoppas å nyo.
C. Genast då landet sin skyddsgud såg i honom, begynte
Säden att frodas alltmer, då fåran tillförne ej sällan
Svek jordbrukarens hopp. Nu först ärtskidorna fyllda
Skallra ej mer, och säden ej står förqväfd utaf ogräs,
Icke som förr vildhafran den gör osmaklig och kraftlös.
A. Gräfvaren fruktar ej mer att vända sin torfva förgäfves;
Nyttjar saklöst det fynd, som lyckan honom beskärde.
Plöjaren fruktar ej heller som nyss för klangen, då billen
Träffar i jorden en hård och motstånd görande massa:
Oförställdt han riktar sin plog till djupare fåror.
C. Genom honom det är, som odlarn kan gifva åt Ceres
Årets förstling; af orördt vin libationer åt Bacchus,
Är det, som vingårdsmannen nu glad kan pressa sin drufva,
Är det som trälarnes hop sin milde beherrskare prisar,
Då vid en korsväg han dem herrliga lekar bereder.
A. Lugn han åt betesmarkerna gaf. Han låter mig också
Sjunga, om sång är mig kär eller följa den glädtiga sången
Dansande; mången ringdans med sång erbjuder sig åt mig:
(Obehindrad jag kan i barken de sångerna rista.)
Krigstrumpeternas ljud ej döfvar min landtliga pipa.
C. Sjelfve Lyceiske Pan har sitt skydd af en kejserlig Guddom,
Der som han vistas i skogarnes djup: och Faunen i skuggan
Hvilar i lugn: ostörd Najaden badar i källan.
Rädd för att trampa menniskoblod Oreaden i dalen
Aldrig sänker sig ned: snabbfotad hon ilar på fjellen.
A. Gudar, hören min bön. Den yngling hvilken J säkert
Sänden från himmelen ned, tills J tagen honom tillbaka,
Slute sig månget årslopp till dess: eller snarare byten

Et date perpetuo cœlestia fila metallo:
Sit deus, et nolit pensare palatia cœlo!
C. Tu quoque, mutata seu Iuppiter ipse figura,
Cæsar, ades, seu quis superùm sub imagine falsa
Mortalique lates, vivas, atque hunc, precor, orbem,
Hos, precor, æternus populos rege! sit tibi cœli
Vilis amor, certamque, pater, ne desere terram!
M. Rustica credebam nemorales carmina vobis
Concessisse deos, et obesis auribus apta:
Verum, quæ imparibus modo concinuistis avenis,
Tam liquidum, tam dulce sonant, ut non ego malim,
Quod Peligna solent examina, lambere nectar.
C. O mihi, quæ tenero decurrunt carmina versu,
Tum, Meliboee, sonent, si quando in montibus istis
Dicar habere Larem, si quando nostra videre
Pascua contigerit; vellit nam sæpius aurem
Invida paupertas, et dixit: "ovilia cura!"
At tu, si qua tamen non adspernanda putabis,
Fer, Meliboee, Deo mea carmina: nam tibi fas est,
Sacra Palatini penetralia visere Phœbi.
Tu mihi talis eris, qualis, qui dulce sonantem
Tityron e silvis dominam deduxit in urbem,
Ostenditque deos, et spreto, dixit, ovili:
"Tityre, rura prius, sed post cantabimus arma."
A. Respiciat nostros utinam fortuna labores
Pulchrior, et meritæ faveat deus ipse iuventæ!
Nos tamen interea tenerum mactabimus hædum,
Et pariter subitæ peragemus fercula cœnæ.
M. Nunc ad flumen oves deducite, iam fremit æstus,
Iam sol contractas pedibus magis admovet umbras.

Ynglingens dödliga lif i en oförgängelig lifstråd
Vare han sjelf en Gud, och palatset honom en himmel.
C. Cæsar, du vare som Jupiter sjelf i förbytta gestalter
Evigt tillstäds; eller om du i lånad menniskoskepnad
Döljer dig, lef blott och styr, jag beder det, verlden för alltid.
Styr, jag beder dig, detta ditt folk: och din kärlek till himlen
Vike för den till ditt fädernesland, och förskjut blott ej detta.
M. Alltid hittills jag trott, att skogens Gudar allena
Gifvit er landtliga qväden till del och att sjunga för mängden;
Men hvad J sjöngen nyss med vexlande stämmor, J båda!
Klang ju så rent och så honungsljuft, att jag ville ej byta,
Med de Peligniska bin, som suga ur blommorna nektar.
C. O! hur matt hänflöt ej min sång i de vexlande toner,
Då, först då får den lif, om nånsin i bergen en bostad
Kallas för min, om en sällare lott mig gifver att skåda
Egna betesmarker en gång; armodet i örat
Ofta mig rycker och ropar mig till: "du glömmer ju fåren."
Bringa likväl — blott det fanns *en* oförkastlig ibland dem —
Versarne fram för Kejsarens syn; ty i helgedomen
Får du ju när du det vill Palatinske Apollo besöka:
Du skall vara för mig, hvad den var som Tityrus förde,
Skogarnes älsklige skald, till den verldsbeherrskande staden,
Låt honom lemna sin hjord och Gudarne skåda och sade:
"Landet förr du besjöng; nu du sjunge om vapen och bragder."
A. Måtte ett mildare öde ge akt på de mödor vi utstått,
Måtte den mäktige Gud beskydda vår dygdiga ungdom.
Undertiden (då borta du är) vi slakta en killing
Och tillreda i hast till en måltid tarfliga rätter.
M. Drifven nu fåren först till floden; ty hettan är gräslig,
Solen nu högt på himmelen står och skuggorna mindskas.

Titus Calpurnius Siculus,

Cujus Eclogam IV Suethice, non utpote decuit, sed ut temporis angustiæ permiserunt, redditam hic habes L. B. tertio post Christum natum sæculo vixit. In editionibus antiquissimis, sicut etiam in codicibus manu scriptis undecim ei adscribuntur Eclogæ, quarum tamen quatuor Ugoletus Nemesiano cuidam vindicavit. Ingenium autem horum carminum prohibet, quo minus diversis tribuantur scriptoribus, inprimis cum vindicias Calpurnii agat auctoritas *Uliti* (in præfat. ad Nemesian. Eclog. p. 459), *Burmanni* (in Poëtt. Latt. Minn. præfat. p. 4) et *Wernsdorfii* (in Poett. Latt. Minn. Tom. II. p. 15 seqq); ita ut undecim illas Eclogas omni jure unus Calpurnius sibi adsciscat. De vita Calpurnii nihil sane constat, præter exiguum quod ex ipsius carminibus, quibus ad exemplum *Virgilii* varios vitæ suæ casus intexuit, excerpere licet. Rerum, ut videtur, penuria laboranti contigit ei patrocinium potentis amici, quem Carum imperatorem fuisse Wernsdorf opinatur, cujusque a secretis factus est. Non sine ingenio, lectis bonis auctoribus expolito, splendet hic vates imaginum pulchritudine et descriptionum, non minus quam canoro et profluenti versuum sono, adeo ut, quamvis ubique eluceat *Theocriti* et *Virgilii* omnino imperfecta imitatio, secundus a *Virgilio* inter vates Romæ Bucolicos possit nuncupari. Tempus etiam si respexeris, illi horum omnium maxime adpropinquat, etiamsi tertio tandem sæculo post tempora Maronis vixerit. Hæc autem omnia fusius exponunt *J. C. F. Bæhr:* Geschichte der Römischen Litteratur. Carsruhe 1828. p. 225, 226; *Wernsdorf:* Poëtæ Latini Minores, Tom. II. p. 3—44, et *Fabricius:* Bibliotheca Latina, Vol. alt. p. 544—546, ad quos itaque, si quis adcuratiorem Calpurnii descriptionem desideraverit, relegatum eum volumus. *Fabricius* et *Wernsdorf* enumerant etiam editiones Calpurnii, quarum præcipuæ fere hæ sunt: *Romana*, eaque omnium prima atque princeps impr. 1471, quam tamen (quod mirandum) Fabricius ignoravit. — *Daventriensis* 1491, quam menda Typographica notandam inprimis faciunt. — Alia *Daventriensis* illa aliquanto correctior. — *Bucolica canori poëte Titi Calpurnii Siculi undecim æglogis jucunditer decantata.* Sine a. et l. Hactenus *Calpurnius* solus. Totidem editiones cum aliis vatibus conjunctum eum habent, sicut etiam Wernsd. in opere citato: edidit tandem *C. D. Beck* Lipsiæ 1803 Calpurnium denuo solum. Hæ duæ editiones ex Bibliotheca regiæ Academiæ Lundensis præsto mihi fuerunt; nulla vero nec Bibliothecæ, nec mihi adfuit trium German. versionum, quas *Adelung*, *Klausen* et *Wiss* elaborarunt.